si enim potuerit decipere non poterit. Et aurum de ophaz. Septem nominib;
apud hebreos appellatur aurum. quorum unum ophaz dicitur.
quod nos dicere possumus obryzum. ut splendeat in superficie idolorum
quod intrinsecus lignum est uilisq; materiae. Yacintho operiuntur
et purpura. ut superficie sui oculos decipiant. dum caelorum sibi colorem
et regna caelestia pollicentur. Et tamen opera sapientum sunt uniuersa
haec qui in seculo sapientes putantur. ceterum apud dominum stulti sunt.
Dominus autem deus noster deus uerus est. illa ergo uniuersa mendacia. et ipse
deus uiuens igitur. illa mortua quae finguntur. Et rex sempiternus.
hereticorum umbrae ad tempus praeualent. sed longo tempore corrum
puntur. Ab indignatione eius. commouebitur terra. hi qui terrena habent
opera. et terrena simulacra confingunt. Et non sustinebunt gentes.
nequaquam populus domini. sed gentium multitudo quae dei comminationem
7. tionem ferre non praeualent. Si ergo dicetis eis. dii qui caelos et terram
5. non fecerunt pereant de terra. et de his que sub caelo sunt. falsis diis.
et quia artifici ore composita sunt ista dicenda sunt. illi enim nec caelos
fecere nec terram. qui et cooperatores esse christi. quidni uocantur et dominum per
doctrinam ecclesiasticam magna ex parte fabricantur. Dominus qui
facit siue fecit terram in fortitudine sua. praeparat orbem in sapien
tia sua. et prudentia sua extendit caelos. ad uocem suam dat mul
titudinem aquarum in caelo. et eleuat siue educit nebulas ab
extremis terrae. fulgura in pluuiam fecit. et educit uentum
siue uentos de thesauris suis. Stultus factus est omnis homo a sci
entia. confusus est omnis artifex in sculptili. quoniam falsum est

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0110